Vocabulary 6

NB From now on in the vocabularies, verbs are given with their infinitives; these show to which conjugation each verb belongs, e.g. **festīnō, festīnāre**: *1st conjugation* (like **parō, parāre**); **doceō, docēre**: *2nd conjugation* (like **moneō, monēre**); **lūdō, lūdere**: *3rd conjugation* (like **regō, regere**); **cupiō, cupere**: *3rd conjugation* **-io** (like **capiō, capere**); **dormiō, dormīre**: *4th conjugation* (like **audiō, audīre**).

verbs		*nouns*		*adverbs*	
dēbeō, dēbēre	I ought, I must	**iānua**	door	**celeriter**	quickly
doceō, docēre	I teach	**littera**	a letter	**dīligenter**	carefully, hard
iubeō, iubēre	I order	**domus**	home		
cōnstituō, cōnstituere	I decide	**domum**	(to) home	**iterum**	again
dīmittō, dīmittere	I send away	**magister**	master		
lūdō, lūdere	I play				
scrībō, scrībere	I write	*pronouns*		*preposition*	
cupiō, cupere	I desire, I want	**ego** I, **mē** (acc.) me		**prope** + acc.	near
eō, īre	I go	**tū** you, **tē** (acc.) you			
exeō, exīre	I go out			*conjunctions*	
				itaque	and so
adjectives				**nec/neque ... nec/neque**	neither ... nor
cēterī, cēterae, cētera	the others, the rest				
meus, -a, -um	my				
tuus, -a, -um	your				

The school of Flavius

Quīntus ad lūdum lentē ambulat et saepe cōnsistit, sed Horātia celeriter prōcēdit; prior ad lūdum advenit, et puellās salūtat quae prope iānuam manent; longum colloquium cum Iūliā facit, puellā valdē pulchrā. Quīntus in viā amīcum videt, nōmine Gāium; eum vocat. Gāius ad lūdum festīnat sed ubi Quīntum audit, cōnsistit et 'quid facis, Quīnte?' inquit; 'festīnāre dēbēs. sērō ad lūdum venīs. ego festīnō.' Quīntus respondet: 'nōn sērō venīmus, Gāī.' Gāium iubet manēre. ille ānxius est sed manet. itaque Quīntus et Gāius lentē ad lūdum prōcēdunt.

cōnsistit stops
prior first; **quae** who
colloquium talk, conversation
pulchrā pretty
nōmine by name, called
sērō late

magister clamat: 'cur sero venis? malus puer es!'

cēterī puerī iam adsunt. magister ē iānuā exit et eōs iubet intrāre et sedēre; puerī lūdere cupiunt, puellae labōrāre. magister ubi nec Quīntum nec Gāium videt, īrātus est et clāmat: 'cūr nōn adsunt Quīntus et Gāius? cūr sērō veniunt?' tandem intrant Quīntus et Gāius et magistrum salūtant. sed ille clāmat: 'cūr sērō venītis? malī puerī estis.' iubet eōs celeriter sedēre.

diū sedent puerī et magistrum audiunt; diū clāmat magister et litterās docet; puerī litterās in tabulīs scrībunt; magister tabulās spectat et litterās corrigit.

Decimus, puer magnus et stultus, litterās aegrē discit. magister eum iubet tabulam ad sē ferre; tabulam spectat. 'Decime,' inquit, 'asinus es; litterās nōn rēctē scrībis.' Decimus 'errās, magister,' inquit; 'asinus nōn sum. litterās rēctē scrībō. ecce!' litterās iterum scrībit. sed Flāvius 'impudēns es, Decime,' inquit 'et asinus; litterās nōn rēctē scrībis.'

diū labōrant puerī. tandem Iūlia 'dīligenter labōrāmus, magister,' inquit; 'litterās bene scrībimus; fessī sumus. itaque dēbēs nōs domum dīmittere.'

Flāvius eam benignē spectat. 'ita vērō,' inquit; 'dīligenter labōrātis, puerī. itaque vōs iubeō domum abīre.' cēterī laetī domum festīnant, sed Flāvius Decimum iubet in lūdō manēre. 'tū, Decime,' inquit, 'dēbēs litterās iterum scrībere.' itaque Decimus in lūdō miser sedet dum cēterī in viā lūdunt.

ē out of

tabulīs tablets
corrigit corrects
stultus foolish
aegrē discit learns with difficulty
ad sē ferre to bring to him
rēctē rightly, correctly
errās you are wrong; **ecce** look!

bene well

benignē kindly; **ita vērō** yes
abīre to go away

dum while

Writing implements